



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Simone machabeo. Cap[itulum]. iiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

eum sibi amicum: misitque ei purpuram et coronam. Et induit se ionathas stola sancta in die solenni scenophegie: et congregavit exercitum: et fecit sibi arma copiosa. ¶ Cum autē alexander rex cleopatram filiam ptolomei euergetis regis egypti in virore duceret apud ptolomaidā: vocavit ad se ionathā ducem iudeorum ac summū sacerdotē: qui inuenit gratiā in cōspectu p̄dictorum duorum regum: et honoratus est ab eis: et indutus est purpura: et scriptus inter primos amicos regis. Et sic honoratus hierusalē cum gloria magna regressus est. Qui deinde cū romanis amicitias renouauit: et cū lacedemoniis de nouo contraxit. ¶ Post hec autē demetrius filius primogenitus demetrii olim regis syrie resumptis viribus rediit in maritimā p̄hlis̄t̄ nori: et in syriā celes: ducemque sui exercitus cōstituit apolloniū: qui ionathā puocauit ad bellum. Egressusque ionathas de hierusalē cum decem milibus venit toppen: et expulsus inde apollonio obrinuit eam. Deinde cōmisit cum eo p̄tulum in campo: fugiētesque equites apolloni in azorum intrauerunt phanū dagon. Ionathas quoque eos insecutus: phanū cum eis: qui intus erāt succendit: fuitque numerus occisorum octo milia: inde transitum faciens per ascalonē: susceptus est cū gloria: indeque rediit hierusalē. Quod audiens alexander rex: addidit adhuc gloriosius eare ionatham: mittens ei tabulā auream: que solet dari cognatis regis: utebaturque ionathas insignibus regis. ¶ Cum autē alexander perambulasset in superiores partes syrie: socer eius ptolomeus rex egypti cum virtute magna ingressus est syriā. In viropote regis socero ciues occurrerunt: et ciuitates ei aperuerunt. Qui obrehtis verbis in dolo tulit filiā suam: quas alexandro in coniugem dederat: et tradidit eaz demetrio quondā filio demetrii regis: et imposuit ei diademata syrie et egypti. Quod alexander agnoscens venit contra eum: sed a ptolomeo vietus fugit in arabiam cum antiocho filio suo ad parentes maternos. Rex autē arabum timens ptolomeum: occidit alexandrum filiumque eius reseruaui. Et sic regnauit demetrius in syria per ptolomeum. ¶ Eodem tempore cum ionathas expugnaret arcem hierusalē: demetrius nouus rex syrie venit ptolomaidā: et scripsit ionathe: ut sibi occurreret arce dimissa. Qui veniens ad regem honoratus est ab eo: et in sacerdotium confirmatus. Interea cum misisset ionathas machabeus tria milia electorum virorum: et liberassent regē: quē antiocheni volebant occidere. Rex quoque postmodū pacem cum antiochenis fecisset: ad eorum suasionē vexauit ionathā valde recedens ab eo. Sed postquam triphon de arabia reuersus adducto secū antiocho alexandri filio venisset antiochia: eamque vi armorum obtinisset: et demetriū expulisset: impositoque sibi antiochus diademate regnare cepisset:

scripsit antiochus ionathe gratas epistolās: fecitque secū amicitias: et in sacerdotē illum confirmauit. Simon autem fratrem eius principē iudeorum constituit. ¶ Postmodum vero cogitauit triphon occidere antiochum: quem regem syrie sublimauerat: et regnum inuadere: sed tū multū ionatham ducem iudeorum strenuissimū antiochi defensorem. Eligensque primum ionatham occidere: scripsit ei: ut sibi in berythessam occurreret. Qui dum venisset ad eum cum quadraginta militibus virorum: suauit sibi triphon: ut paucis assumptis secū iret ad ptolomaidā: quam sibi traderet possidendam. Et credidit ei ionathas. Lepitque illum triphon: et qui cum eo erant occidit. Ionatham vero in custodia detinuit. Deinde veniens hierusalem scripsit simoni: quia pro argento: quem ionathas debebat eum detinuerat. Quod si mitteret centum talenta argenti: et duos filios eius obfides: ipsum remitteret. Simon autem licet dolum cognosceret: tamen populus murmuraret: quod fratrem nollet redimere: misit pueros cum argento. Et mentitus est triphon: occiditque ionathā et filios eius. Reuersusque antiochiam occidit antiochum dominum suum: et regnum usurpauit. Simon autem accipiens ossa ionathe fratris sui et filiorum sepeluit ea in tumulo paterno in modum. Factusque est dux iudeorum loco fratris. Hec vnde supra.

¶ De sancto Simone machabeo. Cap. liii.



**Simō ma**

chabeus dux et pontifex iudeorum filius supra nominati marthei ionathe fratri suo in ducatu iudeorum successit. Qui accepto principatu faciens pacem cum demetrio rege. Quē triphon a regno syrie expulerat: ut supra proxime dictum est: misit ei munera: ut faceret remissionem regioni iudeorum. Demetrius autem oblata grante accipiens: absoluit iudeos ab omni tributo. Et tunc cepit populus israel scribere in tabulis et gestis publicis annotationes temporis. Tūc descendit simon in gazā: et capra ciuitate eiecit idolatras et ea ac mundauit eam. Dehinc obsedit illos: quē erāt in arce in hierusalē. Quibus inde electis et arce mūdāta: intrauit in ea simon cum musicis instrumentis hymnis et ramis palmarū: statuens: ut omnibus annis ageret hic dies cum leticia: videns autē simon iohannem filium suum: qui vir erat presū: posuit eum sub se duces: et dedit ei gazam ad habitandum. ¶ Eodem tempore congregauit rex demetrius exercitum: ut triphonem qui eum ab antiochia fugauerat expugnaret: Sed triphon auxilio regis perditis

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cclij.

Demetriū victi: quem princeps regis persis viuum cepit: et apud byzantium in custodia posuit. Antiochus autem frater demetrii hoc audiēs: qui in asia educatus fuerat venit in syriam. Exceptus ab omnibus cum fauore: persecutus est tryphonem: qui regnum occupauerat: eoque fugato regnauit in syria. Simon autē dux iudeorum dilatatis finibus suis: et facto portu in soppe cum haberet tunc pacem: misit ad lace demonios ad innouādam fraternitatem. Ros manis quoque misit clypeum aureum: et recepit ab eis amicabilia scripta de amicitia et vniōne confirmata. Cum ergo antiochus rex syrie tryphonem apud doriam obsedisset: et misit ei simō machabeus duo milia viroꝝ in auxilium: et argentum et aurum multum. Qui noluit ea recipere: sed fregit pactum: quod fecerat cū simone: anteq̃ rex esset constitutus: misitq; ad eum anthenobium militem: mandans vt reddat sibi arcem: que erat in hierusalem: soppem: et gazā: atq; tributa locozum: quibus dominarius fuerat: alioquin veniret contra eum. Cūq; venisset anthenobius hierusalem: et vidisset gloriam et apparatus simonis: et affluentiā auri et argenti: miratus est. Cūq; simon constanter contradixit: et eum vacuum ad regem remisit. Qui rediens regi retulit verba simonis et gloriam eius. Cum autem iam tryphon de dorā fugisset. Auscultis rex sermonibus simonis: tryphonem insecutus est: relinquens cendebeum ducem: et exercitus: vt expugnaret iudeam. Qui cendebeus cedronem edificauit: ponens in ea milites: vt vastarent fines iudee. Simon autē dux et pontifex iudeozum cum iam tenuisset: vocatis duobus filiis suis maiorib; iuda et iohanne: posuit eos loco sui: vt pugnarent pro populo dei: dedissetq; illis viginti milia pugnatorum: qui profecti sunt aduersus cendebeum. Cūq; venissent ad quendam fluuium: timebant transire: sed iohannes prior transiit: et secuti sunt eum omnes. Conuersusq; est cendebeus in fugam et castra eius. Cecideruntq; ex eis duo milia viroꝝ rū. Et reuerſi sunt filij simonis victores. Post hec autē prolemus filius abobit: qui erat dux constitutus in hiericho: cū esset gener simonis duces iudeozum: inuitato eo ad prandium hiericho: occidit eum cum duobus filiis iuda et ionathā in dolo: vt principatum obtineret. Misit quoque nuncios occupare hierusalem: et alios in gazā: vt interficerent iohannē. Sed precurrens quidā in gazam: nūciauit iohanni que facta fuerant. Qui festinauit occupare hierusalem: occiditq; eos qui venerant eū pertinere. Et factus est dux pontifex iudeozum post patrem: qui etiā corpora patris et fratris precio redēpta ab his qui erant in hiericho: sepeluit in tumulo paterno in ciuitate modin: vbi et iudas et ionathas depositi fuerant. Hec vnde supra.

De sancto Iohāne machabeo. Cap. v.



**I**ohannes machabeus cognomine byzanti dux et pontifex iudeozum filius supradicti simonis post mortē patris i ducatu iudeozum successit. Quē iosephus i tribus commēdat: scz in religione sacerdotij: in strenuitate ducatus: et quia vir propheta erat.

Qui accepto ducatu insecutus est prolemus: qui patrem eius dolo interfecerat: et matrē suā cum duobus parvulis tenebat in vinculis: et cōfugerat ad oppidū vltra hierichonā: quod vocabatur agon. Obsesso quidem oppido: cum tōhānes ipsum acriter impugnaret. Prolemus matrem et fratres iohannis super muros vsq; ad sanguinis effusionem cedebat. Propter qd fractus pietate iohannes ab impugnatione se temperabat: matrē tamē clamāte ne se scelus prolemis sineret inultum. Mortē em suā sic iudicaret immortalitē meliōre. Ob hoc diutius tracta obsidione: cū septimus annus iudeis festus veniret: iohannes ab obsidione recessit. Prolemus hō matrē ipsius et fratrib; occisis cōfugit ad zenonē phyladelphie tyranum: qui corilla cognominabatur. Deinde iohānes aduersus hircanos bellū gerēs: et eos deuincens: hircani nomē accepit: et a romanis suis amicitie postulās decreto senat; inter amicos relat; est. Postmodū autē samariā que nūc sebastē vocat; obsidione capta: solo coequauit: quam suo tempore herodes instaurās: sebasten in honore augusti vocari voluit. Hic primus instituit reuocōchiā pauperū in hierusalem. Et mortuus est annis. xxxiij. rebus optime administratis: relictis qnq; filiis: scz aristobolo p̄mogenito: et antigonō cū tribus aliis. Cūq; nullus eoz ad regendum populū sufficeret: vxorē suā disertissimā iudee prefectū et filijs. Sepultusq; est in modin. Hec ex hystoria scholastica: et ex chronice iosephi: hieronymi atq; guilelmi.

De sancto Simone sacerdotē. Cap. vi.



**S**imō sacerdos filius onie tēporib; machabeozum in iudea claruit: de cui; sanctitatis et strenuitatis cumulo: mltā laudabilis Ecclesiastici q̄nto caplo leguntur. Qui templū domini in hierusalē nō solum reparauit: sed cultū mirabilē ampliat; ut. Doctrina etiā diuine legis in populo floruit: sub iesu filio sirach sapiētie libꝝ cōponēs: qui ecclīasticus dicit; vocauit eum panarcton:

B ij